

1511. 4. 26. Julij.

Sigism: 1. Rex Polon: Consiliarijs
Cracoviensibus

Famati Fideles Dilecti! Significasti no-
bis deliberationem Vram quid faciendum vo-
bis videatur, ne oppressione Vratislaviensium, ex pro-
hibitione Nra, ne quis illuc vadat durante, som-
nitas mercator Cracoviensium otio torpescat, sed
se alibi, quam Vratislaviae opes et victum quaerendo,
exerceat. Deliberatio haec vna rationabi-
lis quidem est, et communi utilitati pro-
vande satis conveniens, sed tamen non videtur
consultum, ut tam subito aliquid mutationis
fiat in re jam constituta, ne illos, quibus no-
cere cupimus, animemus et in spem voti ipso-
rum eos reponamus, imo vero quod constitu-
tum est, firmiter ac exacte observandum vi-
detur. Qua in re Vos adhibeatis curam ma-
jorem pro fide Vra, ne postea cum prevarica-
toribus opus sit habere controversias, sed in-
terim Vratislaviensibus suggeratis, ut ab illis
debita sua exigant, et illis vicissim exigenti-
bus dissolvant. Nam suppliciter eis peten-
tibus dedimus Lras, ut liceat eis regnum No-
strum ingredi ad exigendum debita ante pro-
hibitionem contracta, sed ea lege, ut in fi-
nibus a custodibus Polonorum quilibet ingredi-
ens duas testimoniales sui ingressus recipiat et
se cum eisdem aut Capitaneo, aut Magistrati-
bus civitatum, ubi pro debitis acturus est, re-
presentet. Ceteris autem omnibus Nestis un-

Decunque

undeunque in Regnum Nrum ad loca du-
dum consueta pateat negociandi causa ingres-
sus. Sed utique Mercatores qui debita exi-
gere debent, informandi sunt, ne a Vratisla-
vicensibus merces pro debitis recipiant. Sed
nec illis suas porrigant. Postea vero consti-
tuere curabimus, quae videbuntur subditis No-
stris proficua. Datum 26. Julij. 1511.